

Magnus Petri, a choral priest of Turku, was once on his way to visit a parish in Turku, when a layman, Peter Bengtsson, molested him and accused him of having taken one of his spurs. Peter drew his sword and attacked Magnus, who tried to talk calmly and then run away, but Peter continued his attacks. Magnus realized that he could not get away, and, fearing for his life, he grabbed his little sword, which he had held lifted to protect his head, and turned against the layman to defend himself and make Peter back off. In the fight Magnus's left hand was injured, but he also wounded Peter, so that he died. When it became known that Peter had attacked Magnus, causing his own death, he was buried outside the cemetery in unconsecrated soil. The regent Antonius, bishop of Luni, refers the case to the auditor Anthonius de Grassis for inspection and commissions the diocesan bishop to declare Magnus innocent of homicide and not irregular or disqualified, on condition that the facts above are true.

20:124r Magnus Petri presbyter ac coralis ecclesie Aboensis *exponit*, quod [cum] olim quidam Petrus Benedicti laicus et civis Aboensis, cum exponens, qui ad certum locum sive parrochiam Aboensis diocesis utputa suos visitaret, accesserat veniens in via, exponentem ipsum, quod calcar unum, quod perdiderat, haberet, plurimum licet falso increpasset 5 eumque, licet indebite, quoniam exponens illud non habuerat, vehe- menter molestasset. Et demum de inculpatione et molestatione pre- dictis non contentus dyabolo instigante in exponentem evaginato gladio irruens ipsum continuo fugientem / et predicto laico cum mansuetudine respondentem insequi non cessabat. Exponens vero, ut manus ipsius 10 layci evaderet et daret locum furori, paululum a via declinavit; laycus tamen non minus exponentem ipsum infestabat. Animadvertis 15 tandem idem exponens se fuga huiusmodi manus dicti layci evadere non posse timensque sibi mortis periculum imminere gladiolum suum, quem in fuga pro capitinis defensione tenuerat supra caput, ad in- sequentem se conversus gratia ictus excipiendi eidem layco opponebat et sic longo conflictu vim vi repellendo et se defendendo ac in sinistra manu sua vulnere accepto dictum laicum etiam in manu vulneravit adeo, quod postea ex eodem vulnere expiravit; et demum constito, 20 quod in exponentem irruerat ac proprie mortis causa fuerat, in terra prophana extra cimiterium sepultus extitit. Cum autem dictus exponens de morte dicti laici ab intimis doluerit doleatque de presenti cupiatque in suis ordinibus perpetuo Domino famulari, a nonnullis etc. asseritur ipsum propter premissa homicidii reatum incurrisse et

175 Anno primo domini Sixti pape quarti *in marg. sup. fol. 124r*; Rome apud Sanctum Petrum *in marg. sup. fol. 124v*; Rome Idus Aprilis *in marg. sin. fol. 124v*; Aboensis *in marg. dext. fol. 124v*. | 175,1 coralis] i.e. choralis | 3 utputa] utputes cod. | 12 Animadvertis] ariadvertis cod. | 19 expiravit] i.e. exspiravit | 23 etc] scil. simplicibus et iurisignaris (ac ipsius exponentis forsan emulis); cfr e.g. n. 114,19; 143,10; 252,22.

- 25 irregularitatis maculam sive inhabilitatis notam contraxisse ac in dictis ordinibus licite ministrare non posse. Ad ora igitur talium etc. obstruenda supplicat etc., quatenus ipsum premissorum occasione nullum homicidii reatum incurrisse nullamque irregularitatis maculam sive inhabilitatis notam contraxisse sed premissis non obstantibus in dictis
30 ordinibus libere et licite alio sibi non obstante canonico ministrare posse declarari mandare dignemini ut in forma. Fiat ut infra. Antonius episcopus Lunensis regens etc. Videat eam dominus Anthonius de Grassis. Antonius. Comittatur ordinario et, si vocatis vocandis sibi constiterit, quod exponens vim vi repellendo et se deffendendo aliter
35 fugere seu mortem evadere non valens percussit, ut prefertur, et de aliis expositis, declaret, ut petitur.

175,26 etc] *scil.* et aliorum sibi super hoc in futurum forsan obloqui volentium emulorum *vel sim.*; *cfr* e.g. n. 251,29; 279b,36. | obstruenda + etc *male scr. cod. ut vid.* | 27 supplicat] *post corr. (fortasse ex supplicatur) cod.* | etc] *scil.* (*sanctitati vestre*) ipse exponens *vel sim*; *cfr* e.g. n. 116,18; 123,16; 251,30. | 32 Videat...Antonius] *in sin. parte pag.* | 33 Comittatur...36 petitur (*i. e.* Committatur)] *in dext. parte pag.* | 34 repellendo...deffendendo] *i. e.* repellendo ... defendendo